

procerum, sub eo cuteus nervus, quem velut ex vagina exerere, rursumque contrahere videtur. *Oculi* ad latera ubi angustum valde caput, velut in fovea quadam la-

tent. Foramina olfactui destinata, supra os coëunte extremitate haerent, auditui inservientia oculis sunt contigua. Pinnas ex icone cognoscet.

PVNCTVM X.

De Squatina.

TAB. XI. 7. *Squatina piscis*, ἡγη Graecis, *Squatus*,

TAB. XII. 6. quod sit squammis acutis, Isidoro, *Lima Vallae*, *Celtes* in veteri lexico, dicitur. Media inter Mustellos & Planos a Rondeletio ponitur.

Magnitudine ad centum sexaginta saepe libras excrescit. Coloris est

prone cinerei ad fuscum vergentis,

* Plin. H. N. asperrima: ut * cute lignum et ebur
l. 9. c. 12. poliantur, supine alba et laevis. Par-

tem corporis anteriorem habet latam, circularem, retusam, ut *rostro* prorsus careat.

Os prima parte obvium, brevibus sed acutissimis, iisque ali-

ter quam in aliis piscibus dispositis dentibus munitum. Maxillarum of-

fa in angulum obtusum desinentia, in lingua extrema carneum tuberculum.

Ex superioris maxillae extremo, quod cute non integratur, apophyses

duae in alias divisae demittuntur. Post oculos, qui in superioris capi-

tas parte, ad latera parvi, foramina ad os usque patentia visuntur. *Pin-*

nnae utrinque binae sunt, et utraeque in lateribus. *Cauda* longiuscula in

aliam lunatam pinnam desinit. *Ma-*

res a foeminis appendicibus cartila-

gineis, quae circa anum, distinguuntur. Intra nihil a caeteris cartilagineis

difffert. *Hepar* habet in duos lobos

a Aristot. H. divisum, in quo *fellis* vesica * felle A. 1. 2. c. 25. viridi plena latet. *Lienem* mediocrem

ex rubro nigricantem. *Cor* angula-

tum, compressum, et unico sinu in-

structum. De dentium situ ita Ron-

deletius, sunt eorum ordines, etc.

Coenosa incolere loca ^b Oppianus

prodidit, in alto versari apud Ron-

deletium legitur. Coit etiam * cum

Raja. Sic ἡγεῖτος * nascitur, in- * Arist. H.

ter se mutuo partim supinarum attri- A. 1. 6. c. 11.

tu. Bis * parit autumno occasu ver- c Aristot. H.

gilarum, qui partus secundus est; A. 1. 6. c. 11.

primus enim verno fit tempore; sed secundus felicior. Singulis foeturis d Aristot. H.

septeni aut octoni prodeunt. Singula- A. 1. 5. c. 9.

ris et his in venando astus est. Ob- MXXXIAT

ruunt se arena, sic latentes verberant oris vi radios (pinnas exerere vermi- cularum specie apud Plinium extat)

his pisciculi visis, quasi ad algam ad-

natant, sic capiuntur. Colorem mu-

tare et piscium quidem solas, prodidit

* Aristoteles; quod nec corpore sint e Aristot. H.

pellucidae, nec cute ita tenui, ut hu-

morum spirituumque perturbatione

varii earum colores perluceant, ne-

gavit Rondeletius. Concedi in metu

poteat. Nam et tum in hiatum pinnis

subjectum recipiuntur foetus, ut apud

f Oppianum legimus, in ventrem re- f Oppian.

cipi & Aldrovandus credidit. Reji- Halieut. l. 1.

ciuntur a mensis, quod flatum cras- v. 742.

forum humorum proventum, quod g Aldrov. de

cartilagineis omnibus commune, pro- Pi/cib. l. 3.

ferant. Unde oculorum acies ob-

tunditur. Olim Smyrnae secundum Dorionem, Miletii secundum Arche-

stratum ortae, caeteris praefereban-

tur. In Medicina invenere in tertio tabis genere locum. Oleum ex he-

pate ad hepatis duritiem confert.

Ova exsiccata fistendo alvi proflu-

vio. Ex cute optimum fit in psora

et scabie smegma. Illitae maminas crescere non patiuntur, si ^b Plinio fi-

des est; duriusculas reddi, utrumque experientiam comprobasse, Ronde-

lius author.

h Plin. H. N.

l. 27. c. 10.

furdum id Rondeletio, quod et Philo-

sophus dubius pronunciet, et ex Ga-

leno ^b fieri secundum naturam non

posse, ut tantopere dissidentia corpo-

ra commisceantur didicerimus. Stant

b Galen. 3.

de usu parti.

PVNCTVM XI.

De Squatino raja et Lamia.

TAB. XII. 12. *Piscis qui SQVATINORATA* dicitur

Latinis, Graecis ἡγεῖτος ex Squatina et Raja procreatus creditur.

a Aristot. H. Parte priore Rajae similem facit ^a Ari-

stoteles, posteriore Squatinæ. Ab-

furdum id Rondeletio, quod et Philo-

sophus dubius pronunciet, et ex Ga-

leno ^b fieri secundum naturam non

posse, ut tantopere dissidentia corpo-

ra commisceantur didicerimus. Stant

tamen